



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

30. De Arrianis hæreticis, qui magnas et portentosas calumnias
confinxerint in Athanasium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

maritos habuerit. Sunt & Seruetiani, qui Trinitatem (horresco referens) vocant Tritopitem Cerberum. In Olympio illo videtur diuinæ vindictæ feueritatem: in his plura Olympianam blasphemiam spirantibus, mirabilem diuinæ patientiæ longanimitatem.

Ruffinus lib. 10. cap. 15. & sequent. histor. ecclesiasticæ. Quantas & quam portentosas lumnias Arriani heretici confinxerunt Athanasium.

CAP. XXX.

Vbi Constantius Orientis regnum minus obtinuit, Constantino fratre longe ab Aquileia apud Alsam flumen à militibus interfecto, Constans vtriusque manus, Occidentem satis industriè gubernabat. Nam Constantius natura & animo regum primis illis regni sui fautoribus sat indulget, per eunuchos arte in perfidiam decipitur à peruersis sacerdotibus: & intentum studio, prauis eorum contentionibus obstat. Sed illi verentes, ne fortè adeundi copia quandoque fieret Athanasio, & per eum de veritate fidei, quam peruertebant, secundum scripturas edoceretur, omnimodis simulare eum apud principem, & velut omnium scelerum ac flagitiorum adgrediuntures, ponere: usquequo humani corporis brachium loculo delatum, Imperatori ostendunt: quod ab Athanasio excisum magicæ artis gratia de-

Arsenij cuiusdam corpore confirmabant. Sed & alia quàm plurima criminosa simul & flagitiosa componunt.

Quibus ex causis Imperator iubet conuocato Concilio Athanasium cōdemnari. Idque apud Tyrum (misso è latere suo vno ex Comitibus, adnitente quoque Archelao tunc comite Orientis, necnon & eo, qui Phœnicem prouinciam gubernabat) congregari iubet. Eò deducitur Athanasius, locus cum humano brachio circumferretur, inuidia & horror nō solum religiosas, sed & viles animas peruat.

Hic Arsenius, cuius brachium dicebatur *Arsenius le-*
excisum, lector aliquando Athanasij fuerat, & *ctor Athana-*
ob culpam correptionem veritus, frequentia *si*
se subtraxerat. Cuius latebras opportunas
sibi ad huiusmodi cōmentum flagitiosi ho-
mines rati, initio compositi criminis occulta-
tum eum apud quēdam, quem fidissimum sce-
leribus suis crediderant, retinebant. Peruenit
tamen ad hunc in latebris positum, quid suo
nomine criminis intentaretur Athanasio. Et
siue eum ipsa humanitatis contemplatio, siue
diuina perpulit prouidentia, clam per noctis
silentia euadens claustris, enauigauit Tyrium.
Et pridie quam causæ dicendæ adesset vltimus
dies, Athanasio sese Arsenius obtulit, vtque se
rerum gestarum se res haberet, edocuit. Ille
domi esse hominem, nec innotescere cuiquā
de eius præsencia iubet. Interea Concilium

Rr 2 cogi-

cogitur, in quod aliquanti concinnatę colu-
nię conscię, omnes penę in fensio animo adu-
sum Athanasium pręiudicatoque conueni-
Per idem tempus Paphnutius Confessor
(quo supra memorauimus) aderat, Athanasius
innocentię conscius. Is cū vidisset Man-
Hierosolymorum Episcopum, qui vna secus
effosso oculo, & poplite succiso, Confessor
titerat, verū pro nimia simplicitate
de sacerdotum scelere suspicantem, confes-
se cum ceteris, quos factionis macula socia-
rat, medium confessum non veritus: Te, in-
quit, Maxime, cum quo mihi vnū atq; idē con-
fessionis insigne est, cū quo mihi pariter mi-
tale lumē effossū, clariorē diuini luminis co-
cilauit aspectum: te, inquam, non patiar se-
re in concilio malignantium, & cum iniqui-
gerentibus introire. Iniecta que manu eleuauit
eum de medio eorum, ac de singulis infirmis
perpetua dehinc Athanasio communionē se-
ciuit. Sed interim causa dicitur. Prima in-
troducitur accusatio mulieris cuiusdam, quę
se diceret aliquando hospitio Athanasium in-
scepisse, & ab eo noctu nihil suspicantem, vim
corruptionis esse perpessam. Introduci ad hoc
iubetur Athanasius, ingreditur cū Timotheo
presbytero suo, cumq; monet, vt postea quę
mulier dicendi finem fecisset, se tacente ad ea
quę dixerat, responderet. Cumque mulier ea
quę edocta fuerat, perorasset, Timotheus con-
uersus ad eam: Verē, inquit, mulier ego man-
apud

*Prima calū-
nia.*

apud te aliquando, aut vim tibi, vt asseris, feci?
Tunc illa (vt mulierum se talium procacitas
habet) obiurgans Timotheum: Tu tu, inquit,
mihi vim fecisti, tu in illo loco commaculasti
castitatem meam. Simul & conuersa ad iudi-
ces, obtestari fidem Dei coepit, vera se dicere.
Tum omnes ridiculosus pudor habere coepit,
quod tam facile tacente eo, factio compositi
criminis patuisset. Nec tamen permisi sunt
iudices habere de muliere quaestionem, vnde
hæc, vel per quos, aut quomodo fuisset aptata
calumnia, quoniam iudicandi libertas penes
accusatores erat. Hinc trāsitur ad aliud crimē.

Profertur facinus sæculis inauditum. Hoc *Secunda ca.*
est, inquit, vbi nemo possit verborum præ- *lumnia.*
stigijs decipi, res oculis agitur, verbis cessan-
tibus. Brachium hoc te, aiunt, Athanasi accu-
sat excisum. Hæc est Arsenij dextera, quam tu
quomodo, vel ad quos vsus excideris, indica-
to. Tum ille: Quis enim, inquit, vestrum Arse-
nium nouerat, vt hanc ipsius dexteram cogno-
scatis? Exurrexerunt aliquanti, qui se dicerent
optimè scisse Arsenium, in quibus nōnulli e-
rant absque conscientia factionis. Orat de-
hinc à iudicibus Athanasius, vt hominem su-
um, quem in negotium deposceret, iubeāt in-
troducti. Cumque introductus esset Arsenius,
eiuato eius vultu, Athanasius concilio & iu-
dicibus ait: Hic est Arsenius. Et eleuans eius
nihilominus dexteram: Hæc est, inquit, etiam
dextera eius, hæc est sinistra. Hæc autem, quam

Rr 3 isti

isti offerūt, manus vnde sit, vos requirite. Tū
velut nox quādam & tenebræ accusatorum
culis infusæ, quid agerent, quò se vertere
nesciebant. Ipsum etenim esse Arsenium
istes qui paulò ante scire se dixerant, com
mabant. Verū quia non iudicandi, sed
primendi hominis causa concilium gerit
tur, fragor omnium repētè attollitur, magnū
esse Athanasium, & decipere intuentium oc
los conclamatur, nec debere vllō modo
talem hominem viuere: factoque impetu, fū
eum discerpere manibus parant. Sed Archela
us, qui cum ceteris ex præcepto Imperatoris
concilio præsidebat, ereptus eum de discer
pentium manibus per occultos exitus eduxit,
ac fugæ (qua solum posset) salutem monuit
commendare. Concilium tamen rursus conuen
iens, tanquam si nihil omninò deprehensum
fuiſſet, vt confessum de intentatis criminibus
Athanasium condemnat. Et gesta in hunc mo
dum ficta per orbem terræ mittentes, ad sceleris
sui consensum Imperatore cogente, ceteros
episcopos perpulerunt.

Hinc iam toto orbe profugus agitur Atha
nasia, nec vllus ei tutus ad latendum super
erat locus, Tribuni, Præpositi, Comites, exerci
tus quoque ad inuestigandum eum mouent
edictis imperialibus. Præmia delateribus pro
ponuntur, si quis viuum maximè, si id minus
caput certè Athanasij detulisset. Ita totis regi
viribus frustra aduersum eum, cui Deus ad
114

rat, certabatur. Interea sex continuis annis ita latuisse fertur in lacu cisternæ non habentis aquam, ut Solem nunquam videret. Sed cum per ancillam, quæ sola conscia dominorum officijs, qui ei latebras præbuerant videbatur, indicatus fuisset, tanquam Dei spiritu admonitus ipsa nocte, qua ad eum comprehendendum cum iudicibus veniebatur, post annos sex migravit ad alium locum. Ita illi, qui venerant frustrati, dominis que in fugam versis, de ancilla ut falsa indice poenas sumunt.

Ruffinus Ecclesiast. historia libr. 10. cap. 14. De Athanasio. quomodo adhuc puer existens, cum alijs coætaneis suis imitatus sit Episcopum, & mysteria Ecclesiastica spei, & expectationis sue hoc pacto specimen dederit.

CAP. XXXI.

Quia Athanasij mentionem fecimus, visum est sequentem historiam subiungere. Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander Episcopus agebat, cum post expleta solennia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorum supra oram maris ludum, imitantium (ut fieri solet) episcopum, atque ea quæ in Ecclesijs geri mos est. Sed cum intentius diutius pueros inspectaret, videt ab his geri quadam etiam secretiora & mystica. Perturbatus ilico, vocari ad se clericos iubet, atque eis quid emi-

Rr 4 nus